

Cum abhinc paucos annos de quibusdam proprietatibus grammaticis, quae in Thucydidis scriptis saepissime occurunt, disputarem<sup>1)</sup> atque in primis quae ratio inter infinitivos praesentis et aoristi et futuri intercederet, ubi adhibentur ad actiones futuras significandas, definire studerem, id potissimum egi ut, quantum fieri posset, lectiones optimis libris manu scriptis traditas retinerem et a temeritate emendandi tuerer ac defendenderem quorundam grammaticorum et criticorum, qui nimis severe usitatum dicendi genus sequendum esse putant. In his est praeter ceteros Madvigius<sup>2)</sup>, ceterum rerum grammaticarum iudex subtilissimus. Vix autem libellum emiseram, cum Stahlius<sup>3)</sup>, qui vir hac aetate de nostro scriptore optime est meritus, Madvigii causam mea commentatione ut videtur neglecta acriter defendere conatus est. Quare oblata hac scribendi opportunitate eandem quaestionem omnibus ex partibus examinatam ita retractare mihi liceat, ut singula, quae in illo libello a paucissimis lecto disserui, repetam, pleraque autem augeam novisque causis confirmare studeam.

Sed ut res satis clare perspiciatur, altius mihi repetendum esse puto, ita ut quid antea alii grammatici recentioris aetatis iudicaverint paucis exponam. Sunt enim qui ubi infinitivus praesentis vel aoristi vice futuri fungi videtur emendatione, ut iam supra dixi, opus esse rati aut particulam  $\ddot{\alpha}\nu$ , quae excidisset vel cum verbo coaluisset, adicere aut infinitivum futuri substituere non dubitaverint. Qua in re gravissime vexavit scriptorem nostrum Cobetus<sup>4)</sup>, cum ad unum omnes locos, qui regulis a grammaticis propositis repugnarent, vitiosos esse suspicatus sanandos censeret. Sed haec medicina omnibus, qui aliquam familiaritatem cum Thucydide contraxerint, violentior videbitur quam ut eam adhiberi liceat. Nam praeterquam quod ille rationibus minus validis utitur, cum dicit aoristum, cui futuri notione praedito in verbo finito nullus locus sit, ne in infinitivi quidem forma eandem significationem habere posse, structura illa aut consensu omnium aut ubi lectiones fluctuant paucissimis locis exceptis certe optimorum codicum auctoritate defenditur, ut vix credibile sit tam multis locis a librariis esse peccatum; immo vero si multo facilius usitatam dicendi rationem in rarioris locum substituere potuerunt quam contra, cum multis exemplis pravam librariorum sedulitatem multo plus damni veteribus scriptoribus attulisse quam neglegentiam constet<sup>5)</sup>. Praeterea si ut hoc sic omnia cetera variae ac subobscurae orationis Thucydideae genera eo modo amovere velimus, quid fiat nostri auctoris scriptis eorumque indole? Quam ob rem eius modi discrimina observare quam

1) Observationes Thucydideae grammaticae, dissert. inaug. Marburgi 1872.

2) Cf. Bemerkungen über einige Puncte der griech. Wortfügungslehre p. 42—44; Adversaria critica p. 155—182.

3) Cf. Quaestiones grammaticae ad Thucydidem pertinentes p. 3—8, Coloniae 1872.

4) Cf. Variae lectiones p. 95 sqq.

5) Cf. L. Schmidti Observations de analogia et anomalia in syntaxi Graeca p. 7 sqq.

corrigendo delere cautius videatur. Non mirum igitur est fuisse qui iniuriam Thucydidi a viro illo critico inlatam persequi studerent. Inter quos, ut alios omittam, primum locum obtinet Herbstius<sup>1)</sup>, quem in universum sequitur Classenus. Sed ille in eo a vero aberrasse videtur, quod infinitivo praesentis neglecto mirum in modum pro certo adfirmavit infinitivo futuri indicari actionem aliquam futuro tempore durare vel repeti, aoristi vero rem aliquo temporis futuri punto evenire. At, ne longus sim, quid obstat, quominus futurum tempus etiam adhibeat, ubi res semel sit facienda; nemo enim, opinor, id negare audeat eam vim ab illo tempore esse non alienam. Vides igitur Herbstio ut certa et probabilia constitueret non contigisse. Paulo consideratus Cobeto eandem materiam pertractavit Madvigius<sup>2)</sup>, cum illis tantum locis, quibus nudus infinitivus praesentis vel aoristi in locum futuri vel alterius illorum temporum infinitivi cum ἀν particula copulati post verba putandi et dicendi similiaque substitutus est, curationem quam supra dixi adhiberet. Qui profectus a communi et legitima orationis structura aoristi infinitivo in oratione obliqua praeteriti significationem esse solere monet et si alia vis in ea constructione admittatur, nullam relinqui formam, qua Graeci praeteritum tempus universe certo et perspicue notent. Sed quam significationem habeat eius modi aoristi infinitivus, id primo fere adspectu contextus orationis declarat. Quod autem dicit in infinita oratione apud dicendi putandique verba haec tria ποιησαι, ποιησα ἀν, ποιησειν respondere ad amissim his in recta oratione ἐποίησαι, ποιησαμι ἀν aut ἐποίησα ἀν, ποιήσω, ut si ποιησαι certum locum amittat, in obliqua sententia certo redi non possit rectae orationis significatio, cur scriptori, id quod in quavis lingua animadvertisit, orationis rectae usu neglecto interdum non liceat aliam dicendi rationem sequi, si ei videatur? Qua ex re sententiam detrimentum non capere modo dixi. Quid deinde de exemplis a viro docto adlatis (III, 46, 2, IV, 21, 1, IV, 28, 5, IV, 52, 3, VI, 24, 3, VIII, 5, 5), quae inexpugnabilem vim certissimorum testimoniorum dare opinatur, iudicandum sit, infra suo loco exponam. Sed omnium maxime me offendit, quod de iis locis, qui in eadem coniunctione praesentis infinitivum futuri loco ut videntur exhibent, uno exemplo excepto, quod ad suam de multiplice errore librorum sententiam adiuvandam commemorat, nullam mentionem facit, praesertim cum, ut mox videbimus, illius temporis ubi de re futura dicitur usus haud ita rarus sit: qua re ipsa probabilitas eius de qua agimus structurae maxime nisi mihi videtur, ut si in eam rem Madvigius accuratius inquisisset, fortasse aliter iudicaturus fuerit. Sed post alia quaedam verba locutionesque, quorum notio ad futurum tempus spectat, qualia sunt χρῆν, ἔλπις ἔστι, ἐν ἔλπιδι εἴπι (verbum ἔλπιζω ipsum inconstanter excipit), εἰπός ἔστι, ubi cum infinitivo simplici aoristi coniunguntur (praesentis enim etiam hic aut nihil aut parum rationis habuit), emendandi rationem adhibere veretur, quamquam ex aoristi post εἰπός ἔστι locutionem usu nonnumquam aliquam ambiguitatem oriri ipse fatetur, id quod, ut iam supra commemoravi, paulo ante ferri posse negat. Singula hoc loco proferre supervacaneum puto; infra enim de eiusdem viri sententia rationibusque, quae quidem ad illorum verborum usum spectent, exponam. Madvigii auctoritatem sequuntur cum alii, tum Bernhardyus<sup>3)</sup> et R. Schneiderus<sup>4)</sup> et omnium maxime Stahlius<sup>5)</sup>. Qui peritissimus Thucydideae orationis

1) Cf. C. G. Cobets Emendationen im Thucyd. p. 15—16.

2) Cf. praeter locos iam supra citatos eiusdem viri gr. Gr. § 172.

3) Cf. Paralipomena syntaxis Graecae p. 41—43. Ceterum aliud de ea re iudicium fecerat in libro qui inscribitur „Wissenschaftliche Syntax der griech. Spr.“ p. 384.

4) Cf. Quaestiones Xenophontae, dissert. inaug., p. 28—36.

5) Cf. I. c.

existimator, ut illos, qui nihil novi proposuerint, omittam, magna copia exemplorum docet in enuntiatis, quae ex verbis dicendi putandi similibusque pendeant, si condicioni subiecta sint, aut futuri infinitivum aut praesentis vel aoristi cum ἀντικείμενῳ adiuncto plerumque locum habere: ex qua observatione colligit omnes eius modi locos, in quibus nudus infinitivus praesentis vel aoristi futuri vi praeditus esse videatur, cum suspecti sint, emendationis indigere. Sed alios quosdam locos Madvigio auctore tueri studet, cum verbum ζητεῖν, quod notionem praecipiendi retineat, et quasdam locutiones sperandi (velut εἰπόσθαι, εἴπατε εἰπούσθαι), ubi de rei per se probabilitate temporis et condicionis significatione omissa dicatur, aliam constructionem sequi solere suo iure contendat. Ac primum quidem contra virum doctum monendum videtur, utrum aliquid admitti possit necne, e numero exemplorum mea quidem sententia minime iudicari debere, praeterquam quod copia eorum de quibus disceptatur locorum non contempnenda est, neque omnia quae paululum a vulgari loquendi consuetudine recedunt stolidis scribis esse attribuenda. Quod vero non minus eos locos, ubi infinitivo ex verbis dicendi putandive apto nec condicio sit apposita nec suppleri possit, scilicet ne etiam illi alii recte traditi videri possint, emendandos esse censet, adducor ut existimem subtili illi observationi ad enuntiata conditionalia spectanti, cum supervacanea fuerit, non magnam vim esse tribuendam. Denique mirum est quod post quaedam verba significationem temporis et condicionis, ut supra vidimus, omitti posse dicit, id quod in structura aliorum quae non valde discrepant verborum fieri vetat. Ceterum idem paucis annis post quattuor locis (II, 84, 2, III, 92, 4, IV, 9, 3, IV, 24, 4) simplicem infinitivum praesentis, etsi ad futurum tempus referendus est, restituit, quod in verbis ipsis, quae aliquid fieri indicant, aliqua rei futurae notio lateat<sup>1)</sup>. Quod quo iure dictum sit, alio loco explicabo. Venimus ad eos grammaticos et interpretes, qui lectionibus quales optimi codices praebent servandis operam navant. Poppo<sup>2)</sup> quidem, quo viro neminem melius de Thucydidis interpretatione meritum esse inter omnes constat, parum recte iudicare videtur; is enim infinitivum praesentis vel aoristi pro futuri infinitivo post verba sperandi credendi, similia poni dicit per neglegentiorem sermonem, qui apud nostrates constans nec Latinis ignotus sit. Quod quale mihi esse videatur, ubi de universis illius temporum permutationis causis disseram, exponere conabor. Paulo aliam viam explicandi init Lobeckius<sup>3)</sup>, cum verba, quae hoc pertinent, pro varietate significationum modo infinitivum futuri modo aoristi (vel praesentis) desiderare statueret. Quod quam vere dictum sit ut intellegatur, non alienum esse videtur monere soliores illas constructiones, quae etsi rarae sunt in omni lingua pro ipsa eius indole et ingenio inveniuntur, plerumque simili similibus verborum usu firmari. Neque enim in arte grammatica aestimanda neglegi debet ratio sensus, quae est ea vis sentiendi, quae leges proprie grammaticas i. e. natura linguae innatas excedat et nos iubeat aut saltem sinat in verbis coniungendis uti licentia. Quamvis igitur Lobeckii sententia probabilis sit, tamen dubito an nonnumquam aliam interpretandi rationem adhibere praestet vel etiam necesse sit. Quod intellectisse videtur Voemelius<sup>4)</sup>, qui Wunderlichii mira explicatione impugnata ac refutata proposuit locum esse aoristi vel si res postulat praesentis infinitivo, ubi non tempus futurum, sed sola actio significetur:

1) Cf. Thucydidea p. 17, Monasterii 1875.

2) Cf. Prolegomena ad Thuc. p. 154; Observations criticae in Thuc. p. 149 sqq.

3) Cf. Parerga ad Phrynicum p. 745 sqq.

4) Cf. praef. ad Demosthenis orationes contra Aeschinem p. 18.

quam rationem, cum ab omni parte rei satisfaciat omniumque sit simplicissima, minime per se displicere fateor. Ad eandem fere sententiam accedit Kuehnerus<sup>1)</sup>. Quid denique alii de illa re senserint, idoneo loco quoad iuvat commemorare non praetermittam.

Quoniam qua ratione et quo iure viri doctissimi recentioris aetatis difficultatem illam grammaticam expediendam suscepimus, iam ipsi ad quaestionem pervestigandam accedamus. Ac primum quidem quae sint universae causae huins temporum quae videtur permutationis paucis exponere libet. Neque enim mihi persuadere possum optimum quemque scriptorem, quem excolendo dicendi generi diligenter operam navasse constat, sine ulla causa a boni sermonis norma recessisse et tales insolentias, quales plurimae nobis occurunt, inconsulto admisisse; immo vero in hac quae videtur neglegentia, qua sermo Thucydideus insignis est, consilium quoddam secutus esse mihi scriptor videtur. Praeterquam enim quod orationis varietas ipsa est iucunda atque id potissimum in iis enuntiatis, ubi variata structura sit maximo ad urbanitatem adiumento, neminem, qui mediocriter Thucydidem noverit, certe fugit eius scripta ea propria esse indole, ut summa in distinguendo subtilitate plerisque locis nos ad cogitandum excitent et reddant attentiones atque prionores ad imaginandum, quoniam historici illud est munus id maxime agere et efficere, ut is qui legit res descriptas eo quo ipse modo percipere possit; quare illi vel dialecticae artis severitate posthabita eae potissimum verborum constructiones sunt eligendae, quae ad id quod agit accommodissimae sunt. Accedit quod lingua Graeca, ut est varia et libera eamque ob rem venusta, cum magis sententiam in coniungendis verbis sequi soleat, longius progreditur a nativis ad vicinas structuras. Quae si nobiscum reputamus, apparet quid sit causae cur tam ingentem locorum multitudinem Thucydidis scripta exhibeant, qui ob insolitam dicendi rationem saepius difficiles sunt explicatu.

Causis igitur universis expositis ad quaestionem ipsam transeamus, quibus rationibus scriptor sit adductus, ut iis ubi de re futura agitur locis post quaedam verba modo infinitivum futuri simplicem aut praesentis vel aoristi cum  $\alpha\tau$  sociatum modo nudum alterius horum temporum infinitivum poneret: ad quam rem diligenter examinandam de consuetudine et usu sermonis pauca praemonere libet. Futuri igitur infinitivus plerumque cum iis quae ad rem futuram spectant verbis coniungi solet et vice fungitur eiusdem temporis indicativi, ita ut res enuntiata vere futura exprimatur. Si vero quis modeste ac leniter indicare vult aliquid futurum esse, in oratione recta optativo praesentis vel aoristi cum  $\alpha\tau$  particula coniuncto utitur, ita ut ille modus potentialis qui dicitur ad indicativi vim prope accedat. Quae autem differentia inter praesentis et aoristi optativum, cui  $\alpha\tau$  additum sit, intercedat, facile ex natura utriusque temporis cognoscitur. Illum enim modum adhibet scriptor, ubi durantem vel lente paulatimque procedentem vel saepius repetendam actionem significare vult, aoristi vero optativo id exprimitur, quod simpliciter fieri, maxime autem cito transire indicatur. Iam vero quod in oratione recta observatur, idem in orationem obliquam valere patet. Cuius generis exempla missa facio. Progrediamur igitur ad rariorem dicendi usum, de quo me scripturum esse professus sum. Interdum enim res futura in enuntiato, quod ex verbo infinitivum postulante pendet, exprimitur nudo infinitivo praesentis vel aoristi. Quam rem ad indicativi significationem revocare ipsius aoristi indicativi vi atque usu vetamur. Nec vero Graecae linguae finibus illa dicendi ratio

1) Cf. Ausführliche Grammatik der griech. Spr. pars II. p. 163—165, Hannoverae 1870.

continetur, sed cum nos tum Latini sine perspicuitatis damno a severiore regula aberramus. Cuius rei demonstranda causa nonnulla exempla proferre videtur esse operae pretium. Huc pertinent: Ter. Phorm. III, 2, 47 *cras mane argentum mihi miles se dare dixit*, Plaut. Most. V, 1, 36 *ius iurandum pollicitus est dare*, Caes. b. G. II, 32 *quae imperarentur, facere dixerunt*, ibid. IV, 9 *obsides dare pollicentur*, ibid. IV, 21 *legati veniunt, qui policeantur obsides dare atque imperio populi Romani obtemperare*, id. b. c. III, 8 *magnitudine poenae reliquos terreri sperans*, Sall. fragm. IV, 19, 2 *mala mea cum suis bonis misceri sperem*, Verg. Aen. VI, 376 *desine fata deum flecti sperare precando*, Liv. XXVII, 3, 4, *haec noctis una hora incendere . . . coniuraverant*; apud eundem scriptorem praesens et futurum coniuncta leguntur XXV, 6 *nisi hoc sperassemus in provinciam . . . nos ad grave bellum mitti et sanguine nostro senatui satisfacturos esse*; idem observatur Curt. III, 6, 2 *se remedium referre tantamque vim morbi levaturum esse promisit*. Quid? quod ne Cicero quidem abhorret ab infinitivo praesentis, ubi futurum desideraveris. Velut legimus Cic. Her. II, 19, 28: *videbat illo incolumi se incolumem non futurum: sperabat illius morte se salutem sibi comparare*, et de re publ. I, 17: *speramus tamen nostrum nomen volitare et vagari latissime*. Sed haec testimoniorum copia sufficiat; qui plura cognoscendi cupidus sit, adeat praeter alios Oudendorpium ad Caes. b. G. II, 32, 3. Num credis omnes quos modo laudavi locos vitiosos et sanandos esse? At quid scriptorem commovit, ut a communi lege recederet? Errare mihi non videor, si Latinis tum infinitivum praesentis pro futuro adhibere licuisse statuo, cum tempore prorsus posthabito actionem simplicem indicare vellet, praesertim cum, si qua futuri notio in verbo finienti inesset, illius temporis significationem per se exprimi minus esset necesse. Accedebat ut nonnumquam verba, ex quibus infinitivus aptus esset, in aliam finitimatam notionem transirent. Iam vero quid est cur eadem interpretatio in Graecam linguam non cadat? Quod si verum est, infinitivo praesentis vel aoristi actionem solam sine nota temporis contineri appareat, quasi dicas: *βούλομαι ποιεῖν* vel *ποιῆσαι*, ita ut infinitivus praesentis actionem aliquamdiu manentem vel eam quae saepius repetitur, aoristi vero meram, i. e. eam in qua spatium temporis nulla ratione respicitur, vel cito praetereuntem actionem indicet. Quod autem supra dixi de significatione variata verborum, quae apud Latinos similiter usurpantur, idem etiam magis in Graecam linguam valet. Vides igitur sic rem simpliciter et facile expediri posse.

Iam descendat oratio ad exempla ipsa, quibus ea quae modo exposui inlustrentur. Ac primum quidem locum obtineat locutio *εἰπός*, cuius structura nescio an nullius verbi magis perspicue sententia mea comprobetur. Nusquam enim *εἰπός*, ubi indicatur aliquid verisimile esse eventurum, cum infinitivo futuri apud Thucydidem, sed duobus locis exceptis, ubi praesens legitur, semper cum aoristi infinitivo coniungitur. Qui dicendi usus ex nulla alia re nasci potest nisi ex eo, quod illa locutio significat de re perficienda omnino cogitari posse, ita ut integra sententia actio simplex exprimatur. Nemini autem in mentem veniet librariorum incuria ἀν partculam omissam esse contendere, quippe cuius vim illud ipsum *εἰπός* complectatur. Qua in re ab aliis iam tractata, praesertim cum vix dissentiendo causam faciat, non est cur diutius versemur, sed reliquum est ut exempla collecta breviter adscribamus, I, 81, 6 *δοντεῖσαι . . . καταλαγῆται*, I, 121, 2 *ἐπικρατῆσαι*, II, 11, 8 *δρᾶσαι*, II, 73, 1 *ζημισθῆται*, III, 10, 6 *καταστρέψασθαι . . . δρᾶσαι*, III, 40, 5 *ποιῆσαι*, IV, 60, 2 *πειράσασθαι*, IV, 85, 7 *ἀποστεῖλαι*, V, 109 *περαιωθῆται*, VI, 11, 3 *στρατεῦσαι . . . καθαιρεθῆται*, VI, 36, 4 *ἔλθεῖν*, VI, 49, 3 *ἀποληφθῆται*, VII, 87, 2 *καποταθῆσαι*, VIII, 46, 3 *ἐλευθερῶσαι*; addo hos duos locos, qui plurimorum adhuc grammaticorum dili-

gentiam fugerunt, ubi manens status infinitivum praesentis postulat: III, 13, 4 οὐκ εἰπός αὐτοὺς περιουσίαν νεῶν ἔχειν, IV, 20, 4 ἐν τούτῳ τὰ ἐνότα ἀγαθὰ σκοπεῖτε οὐσα εἰπός εἶναι, ubi recte scholiasta adnotat ἀτὶ τὸν συμβήσεσθαι, quae interpretatio satis confirmatur futuro quo paulo post sequitur τιμῆσει.

Pergimus ad verba locutionesque sperandi, quae, cum res quae speratur ad tempus futurum fere pertineat, cum infinitivo futuri aut cum infinitivo praesentis vel aoristi cum ἄντι particula frequentissime coniungi negare non possumus. Nihilo minus autem haud raro accidit, ut nudus infinitivus praesentis vel aoristi illius modi verbis adnectatur, ut nefas esse videatur rem corrigendo expedire. Quare aliam viam ingrediamur, ut hanc difficultatem e sententia et contextu orationis explicemus. Sed res postulare videtur, ut antea aliorum de illa structura quas supra adumbravimus sententias accuratius persequamur. Herbstius<sup>1)</sup> quidem iudicium suum videtur mutasse; nam novam regulam proponere audet scriptorem aoristum posuisse, ubi idem subiectum esset infinitivi ac verbi infinitivum finientis. Sed vereor ut hac explicatione omnibus locis satisficerit eamque ob rem Thucydides illam legem ubique observaverit. Complures enim loci (cf. III, 3, 3, IV, 21, 4, IV, 28, 5, V, 9, 8, VI, 33, 6) exstant, ubi etiam alio subiecto in casu accusativi apposito infinitivus praesentis vel aoristi post illa verba legitur. Tum audiendus est Madvigius<sup>2)</sup>, quocum in universum consentit Stahlius<sup>3)</sup>. Optimo iure quidem ille, quod in spei notione sic inclusa sit futuri cogitatio, ut eius temporis significationem per se exprimi minus necesse sit, fieri potuisse monet, ut actio quae speraretur tantum aoristi infinitivo tamquam finiti temporis (momentanea) significaretur, sed tamen dubito an perperam fecerit, quod verbum ipsum, quod est ἐλπίζω, exceptit, qua in re sibi ipse non constare videtur. Praeterea parum recte infinitivum praesentis semper de eiusdem temporis statu usurpari dicit. Nec minus admiror Kruegeri<sup>4)</sup> de infinitivi aoristi usu iudicium. Nam ex omnibus, quae is de ea re exposuit, conici potest eum putare ἄντι apud huius modi aoristi infinitivum idcirco omitti, ut fiducia rei futurae indicetur; sed id esse futuri ipsius officium iam supra monuisse mihi videor. Cum igitur vis sperandi temporis notam non requirat, ad simpli- cem actionem indicandam infinitivo praesentis vel aoristi locus esse potest. Quod cum ita sit, non improbanda videtur eorum<sup>5)</sup> sententia, qui vi optandi, quae insit in verbo finienti, illam structuram effici existimant. Id enim nemo profecto negare potest eum, qui aliquid eventurum speret, id etiam se velle animo complecti. Quamquam interdum paulo aliam significationem esse accipendam ex exemplis ipsis, quae iam commemorabo, cognoscet. Series autem testimoniorum initium capiat a VI, 87, 4 διὰ τὸ ἔτοιμην ὑπεῖναι ἐλπίδα τῷ μὲν ἀττινζεῖν ἐπικονφίας ὅπ' ἡμῶν, τῷ δὲ, εἰ ἡξομεν, μῷ ἀδεεῖ (sic enim cum Classeno legendum puto) εἶναι κανόνεισθαι, ubi infinitivi aoristi et praesentis (nempe εἶναι; cf. Classen, ad h. l.) bene coniuncti sunt; ἄντι autem addere Stahlius ipse veretur, quod ὑπεῖναι ἐλπίδα ad similitudinem εἰπόσ locutionis sit positum. Atque ad eandem legem, qua rei per se probabilitas illa dicendi ratione exprimitur, referendi sunt hi loci: II, 80, 1 ἐλπίδα δ' εἶναι καὶ Ναύπακτον ἐλεῖν, III, 3, 3 ἐλπίδα εἶναι ἐπειρθέντας ἐπιτεσεῖν, V, 9, 8 ἐλπίς γὰς μάλιστα αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι, ubi fuisse nego cur Stahlius inconstanter μάλιστ' ἄν-

1) Cf. Ueber ἄντι beim Futur im Thuc. p. 16., Hamb. 1867.

2) Cf. Adversaria critica p. 178 sqq.

3) Cf. I. c. p. 5 sqq.

4) Cf. gr. Gr. § 53. 6. 9.

5) Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 752 et R. Schneider. I. c. p. 34.

mutaret, V, 102 ἔτι καὶ στῆναι ἐλπίς δρθῶς, VIII, 86, 7 πολλὴν ἐλπίδα εἶναι καὶ ξυμβῆναι. Quod si locutiones spem significantes nudum infinitivum praesentis vel aoristi admittunt, quid mirum eandem structuram latius patere et ad verbum ἐλπίζω ipsum similiaque transferri, ita ut illud idem valeat atque εἰκός εἶναι νομίζω, quae dicendi ratio quod sciām inusitata fuit, vel quiddam aliud eius modi? Huc pertinet IV, 24, 4 τὸ Πύγιον ἥλιπιζον . . . ὁρδίως χειρώσασθαι, καὶ ἦδη σφῶν ισχυρὰ τὰ πράγματα γίγνεσθαι. Quamquam facile concedo in tantulo infinitivorum aoristi et futuri verborum quae vocantur deponentium nonnumquam a librariis esse peccatum, hic tamen aoristum cum Classeno, Kruegero aliquis editoribus retinendum censeo, cum et optimis libris nitatur nec sententia improbetur. Quae vero Stahlius<sup>1)</sup> de praesentis infinitivo γίγνεσθαι disputavit, etsi ingeniose excogitata et admodum probabilia esse non diffiteor, tamen haud scio an hoc loco γίγνεσθαι eadem vi qua εἶναι, quod VI, 87, 4 legitur, praeditum esse existimare praestet, quod quidem de statu manenti dicitur, praesertim cum aoristus χειρώσασθαι, quo mera actio continetur, praecedat. Subdifficile autem est iudicium de hoc loco VI, 24, 3 ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος καὶ στρατιώτης (sc. εὐελπις ὡν quod supplendum est) ἐν τε τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν καὶ προστήσασθαι δύναμιν. Aoristus, quem plerique atque ii optimi codices dant, mea quidem sententia iuxta futurum optime defendi potest. Nam cum verba ἀργύριον οἴσειν ad certum quoddam tempus pertineant, illud προστήσασθαι δύναμιν generali ut ita dicam sententia accipi voluisse scriptor videtur; nam hoc ipsum potissimum multitudinem desiderasse indicare vult, quo fit ut tempus nullius sit ponderis. Addi potest IV, 28, 5 λογιζομένοις δνοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἐτέρου τείχους, ἡ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι, ὁ μᾶλλον ἥλιπιζον, ἡ (sc. τὸν Κλέωνα) σφαλεῖσι γνώμης Λασεδαμονίους σφίσι τειρώσασθαι. Quae Madvigius ad hunc locum adnotat, adeo mihi non persuadent hic χειρώσασθαι cum uno libro esse scribendum, ut magnopere admirer hanc variatam structuram; in ea enim non dubito quin scriptor ante oculos habuerit ἥλιπιζον, quod vi exspectandi instructum proxime praegreditur, ut illud verbum hic idem valeat ac si scripserit μᾶλλον εἰκός εἶναι ἐνόμιζον. Itaque hic locus in numero anacoluthorum habendus est, qualia Thucydidem non reformidare nemo ignorat. Minus dubitationi obnoxii videntur hi loci, ubi ad unum omnes libri aoristum exhibent: IV, 13, 1 ἐλπίζοντες . . . ἐλεῖν, IV, 80, 1 ἥλιπιζον ἀποτρέψαι αὐτοῖς, VII, 21, 2 ἐλπίζειν γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τι ἔχον αἴξιον τοῦ κυνόντον ἐς τὸν πόλεμον πατεργάσσασθαι, quibuscum comparari potest VI, 33, 6 καὶ ἡμῖν οὐκ ἀέλπιστον τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι. Restant tres loci, ubi nudum infinitivum praesentis ex verbo ἐλπίζειν aptum alias naturae esse appareat, cum eidem tempori etiam in oratione recta locus sit. Luculentissimum huius generis exemplum est IV, 13, 1 ἐλπίζοντες τὸ πατά τὸν λιμένα τεῖχος ὑψος μὲν ἔχειν, quem praesentis infinitivum notione putandi ex ἐλπίζοντες elicienda effici facile intellegis, ut in oratione recta id, quod Lacedaemonii (de iis enim dicitur) cogitaverunt, hanc dicendi formam postulet: τὸ . . . τεῖχος ὑψος μὲν ἔχει, qua de causa Ullrichii<sup>2)</sup> conjecturam ἔχον supervacaneam existimo. Neque aliter iudicandum est de II, 84, 2 ἥλιπιζε γὰρ αὐτῶν οὐ μενεῖν τὴν τάξιν . . . ἀλλὰ ξυμπεσεῖσθαι πρός ἀλλήλας τὰς ταῦς καὶ τὰ πλοῖα παραχθῆναί τοιούτοις restituentem opinatur. Cum enim cetera futuri temporis sint, sententia generalis, ut ita dicam, praesens παρέχειν requirit, quod navigia minora in medium circulum recepta non solum

1) Cf. Thucydidea p. 17 sqq.

2) Cf. Krit. Beitr. 1. 25.

illo tempore, sed semper sunt impedimento<sup>1)</sup>). Quod cum ita sit, praesentis infinitivus minime, ut a plerisque interpretibus factum est, in dubium vocari debet, sed ex *ἰλημένε* supra scripto notio putandi cogitatione supplenda est. Eadem denique ratio est huius loci IV, 9, 3 οὐτε γάρ αὐτοὶ ἐπιζητέσ ποτε νασὶ ψατήθησεσ ταὶ οὐκ ισχυρὸν ἔτείχισαν, ἐξείνοις τε βιαζομένοις τὴν ἀπόβασιν ἀλώσιμον τὸ χωρίον γίγνεσθαι; apodosi οὐκ ισχυρὸν ἔτείχισαν praecedente et sententia probante scriptorem de verbo putandi cogitasse neque certum tempus respexisse facile credibile est. Plane igitur non dubito, quin in his tribus quae protuli exemplis praesentis infinitivus ad eiusdem temporis indicativi in oratione rectavim et usum sit revocandus.

Sed revertamur ad rem et aliorum verborum, quorum notio per se ipsa ad tempus futurum spectat, usum circumspiciamus. Verba locutionesque promittendi quidem ubique fere cum infinitivo futuri coniuncta inveni (cf. ἐπισχνοῦμα: I, 58, 1, I, 123, 1, II, 5, 6, II, 101, 5, III, 66, 2, V, 37, 5, VII, 1, 4, VIII, 5, 5; ὑποδέχομα: II, 29, 5, VIII, 81, 3; δημολογῶ: II, 95, 2; πίστεις ποιοῦμα: IV, 51, 1; πίστις δύδωμι: V, 45, 2), quae observatio Stahlium commovit, ut III, 66, 3, τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτείνειν φευσθεῖσαν ὑπόσχεσαν in locum praesentis futurum substitueret, quamquam lectionem defendi posse ipse fatetur. Quare valde dubito, num illa benevolentia Thucydidi gratum fecerit. Cum enim is paulo ante de eadem re ὑποσχόμενοι τε ἡμῖν ὕστερον μὴ κτείνειν scripsisset, eo de quo agimus loco sine dubio non tam tempus ipsum quam actionem respicere voluit idque eo magis quod infinitivus substantivo subiectus est; praesens autem posuit de actione repetita, cum designaret supplicium de captiuis Thebanis sumptum. Ceterum cf. III, 58, 1 τὴν τε δωρεὰν . . . αὐτὸνς μὴ κτείνειν. Particulam ἂν vero adiungere velle absurdum est, cum in promptu sit eum, qui confidenter dicit se aliquid facturum esse, minime ea dicendi forma uti, quae notionem verisimilitudinis complectatur. Ac ne in uno illo loco offendas, non abs re videtur hic nonnulla exempla aliunde repetita addere. Velut Xenophon, cuius auctoritatem omnium plurimum hac in re valere arbitror, his locis a legitimo usu aberravit: Comm. I, 2, 3 εἶναι, Anab. I, 2, 2 πανσάσθαι, ibid. II, 3, 20 βουλεύσασθαι, ibid. VII, 6, 38 μεμνῆσθαι, quod perfectum vi praesentis instructum est, ibid. VII, 7, 31 συστρατεύεσθαι. Idem autem observari potest post verba iurandi et similia, quae scriptor, ubi de verbis sollemnis iuris iurandi cogitat eaque referre vult, semper cum infinitivo futuri, ubi autem magis res, de quibus ius iurandum fit, indicare vult, cum infinitivo praesentis atque id cum infinitivo huius ipsius temporis eadem de causa quam supra dixi iungere videtur. Accedit quod haec verba saepius in aliam vicinam notionem abierunt, ita ut derivata significatione proxime accedant ad verba voluntatis eorumque usum sequantur. Ad quam explicationem confirmandam praecipuum exemplum proponendum est VIII, 75, 2 ὅρωσαν πάντας τοὺς στρατιώτας τοὺς μεγίστους ὄροντας . . . . ἢ μὴ δημορφατήσεσθαι τε καὶ δύμονοίσιν, καὶ τὸν πρός Πελοποννησίους πόλεμον προθύμως διοίσειν, καὶ τοῖς τετραστοῖς πολέμοι τε ἔσεσθαι καὶ οὐδὲν ἐπιτηρουτένεσθαι, ubi contra communem omnium librorum consensum ad correctionem configere, quod Reiskius aliique litteram σ inserentes fecerunt, inutile puto; immo ego non solum tolero, sed laudo praesens ut bene iuxta futura positum. Nam manifestum est scriptorem de hac qua iuraverunt milites formula cogitasse: δημορφατήσομεθα . . . δύμονοίσομεν . . . διοίσομεν . . . πολέμοι ἐσόμεθα eamque ob causam in oratione obliqua idem tempus adhibuisse; praesens vero ἐπιτηρουτένεσθαι, cuius verbi

1) Eadem vim (i. e. *hinderlich sein*) παραχήν παρέχειν VIII, 42, 1 obtainere recte Classenus ad h. l. adnotat.

actio iam proxime praecedentibus πόλεμον διοίσειν et πολέμου ἔσεσθαι per se contineretur, scriptori ad complendam, ut ita dicam, sententiam ex sua mente addere placuit, ut constructione, quae verborum voluntatis est propria, uteretur, quasi dixisset: καὶ οὐδὲν ἐπινηγούντεσθαι ἐβούλοντο. Paulo aliter explicandus est h. l. VI, 52, 1 λέγοτες σφίσι τὰ δόρυα εἶναι μὲν τὴν καταπλεόντων Ἀθηναίων δέχεσθαι, ubi satis appetet id praevalere, quod iure iurando erat mandatum, non verba iurandi ipsa. Itaque sic vertendum est: *dicentes se foedere iure iurando sancito esse obstrictos, ut Athenienses unam navem appellentes reciperen*t. Plane diversa esse videtur ratio loci V, 38, 1 ἐδόκει . . . διοίσαι δόρυας ἀλλήλοις η̄ μὴν ἐν τῷ παρατυχόντι ἀμύνειν (Bekkero suadente omnes fere editores ἀμύνειν in textum receperunt) τῷ δεομένῳ καὶ μὴ πολεμήσειν τῷ μηδὲ ἔντιμον ἀμύνειν τοὺς γνώμης; equidem illam lectionem retinendam censeo non ob librorum fidem, sed quod una sententiae est accomodata. Nam praesens illud actionem ad id quo erat iurandum tempus proxime se applicantem exhibet, quoniam ea rerum condicio iam aderat, in qua auxilium opus erat. Itaque haec dicere scriptor vult: *ius iurandum dare placuit se et tum et postea, quotienscumque res flagitaret, auxilium ferre velle ei qui auxilio indigeret neque umquam cum quoquam bellum gesturos neque foedus inituros esse nisi de communi sententia.* Eadem fere, quae supra proposui, dicenda sunt de verbis pacisciendi et aliis finitima significatione, quorum structura apud nullum scriptorem tam varia est quam apud Thucydidem. Ubi igitur infinitivus futuri sequitur, ibi maiore esse pondere promittendi notionem existimandum est. Velut legati Lacedaemoniorum eorumque sociorum in contione iurare iubentur se annum integrum indutias conservaturos IV, 118, 14 σπείσασθαι δὲ αὐτίκα μάλα τὰς πρεσβείας ἐν τῷ δήμῳ τὰς παρούσας η̄ μὴν ἔμενειν ἐν ταῖς σπονδαῖς τὸν ἵναντόν. Addo VI, 65, 1 αἱ ἡμέραι ἐν αἷς ξνέθετο ἦξεν ἐγγὺς ἡσαρ. Multo maior vero est copia locorum, quibus post eius modi verba infinitivus presentis vel aoristi legitur, qua re indicatur quid faciendum pactio statuerit; quod cum fit, tempus nullius momenti esse potest. Quod si Germanice vertas: *durch einen Vertrag sive ein Bündniss bestimmen, festsetzen, et sententiae et structurae optime satisfacias.* Sunt autem hi loci, quos nemo adhuc quod sciam vir criticus tentavit: I, 44, 1 ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθείν, I, 103, 1 ξνέβησαν . . . η̄ δὲ τις ἀλισηται, τοῦ λαβόντος εἶναι δοῦλον, I, 117, 3 ξνέβησαν δὲ καὶ Βυζάντιοι . . . ὑπήροι εἶναι, II, 4, 7 ξνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι παραδοῦναι σφές αὐτοὺς καὶ τὰ δύλα χοήσασθαι ὅτι ἀν βούλωνται, II, 70, 3 ἐπὶ τοῦσδε οὖν ξνέβησαν, ἔξειλείν, III, 109, 2 σπέιδονται . . . ἀπογωνεῖν, IV, 54, 2 ξνέβησαν . . . ἐπιτρέψαι, IV, 66, 4 ξνέβησάν τε πρῶτα μὲν τὰ μαρῷα τείχη ἐλεῖν Ἀθηναίους . . . . . ἐπειτα δὲ καὶ τὴν ἄνω πόλιν πειρᾶσθαι ἐνδοῦνται, IV, 68, 5 ξνέζειτο δὲ αὐτοῖς . . . . . ἐσπίτειν τοὺς Ἀθηναίους, IV, 69, 3 ξνέβησαν τοῖς Ἀθηναίοις ὅτοῦ μὲν ἔπαστον ἀργυρίον ἀπολιθῆναι . . . τοῖς δὲ Λασεδαιμονίους . . . . . χοήσασθαι Ἀθηναίους ὅτι ἀν βούλωνται, V, 18, 1 σπονδὰς ἐποιήσαντο . . . . . περὶ μὲν τῶν ιερῶν τῶν κοινῶν θένειν καὶ ἔνειν καὶ μαντεύεσθαι καὶ θεωρεῖν κατὰ τὰ πάτραια τὸν βούλθμενον κτλ., V, 23, 1 κατὰ τάδε ξύμμαχοι ἔσονται Λασεδαιμονίοι πεττήζοντα ἐπὶ η̄ τινες ἔστι τὴν γῆν πολέμου τὴν Λασεδαιμονίων . . . ὥφελειν Ἀθηναίους Λασεδαιμονίους κτλ., V, 48, 2 γενομένης . . . . ξυμμαχίας, τοῖς αὐτοῖς πολεμεῖν καὶ εἰρήνην ἀγειν, VI, 79, 1 ἵρ γε (sc. ξυμμαχίαν) . . . ἐποιήσασθε . . . καὶ τοῖς γε Ἀθηναίοις βοηθείν, VII, 83, 1 σπένδεται ἐπίπειρα πέμψαι, VIII, 28, 4 καθ' ξαστον στατῆρα δαρειτὸν παρ' αὐτοῦ ξνέβησαν λαβεῖν, VIII, 91, 3 ξυμβῆναι καὶ ὀπωσοῦν τὰ τῆς πόλεως ἔχειν. Denique nonnullis locis ὥστε additum est, quo infinitivi sententia laxiore sane vinculo adiuncta magis libera ut ita dicam efficiatur: I, 29, 5 δύολογίᾳ ὥστε τοὺς μὲν ἐπίλυντας ἀποδόσθαι, Κορινθίους δὲ δίσαντας ἔχειν, ubi ὥστε idem valet ac Latinum *ita ut*, III, 28, 1

*ποιοῦνται ὁμολογίαν . . . ὅστε Ἀθηναῖος μὲν ἔξείναι βούλευσαι πτλ., III, 114, 3 σπονδάς καὶ ξυμμαχίαν ἐποίησαντο . . . . ὅστε μήτε . . . στρατεύειν . . . βοηθεῖν δὲ . . . καὶ ἀποδοῦνται . . . μὴ βοηθεῖν, IV, 46, 2 ξυνέβησαν ὅστε . . . παραδοῦνται . . . διαγνῶνται, IV, 65, 1 ξυνήνεκτησαν γνώμην ὅστε ἀπαίλλασσεσθαι . . . εἶναι, V, 27, 2 ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι ὅστε . . . ἐπιμαχεῖν, ἀποδεῖξαι δὲ . . . εἶναι.* Postremo quam varius sit apud Thucydidem huius generis verborum usus ut intellegatur, a re non alienum esse puto in transitu monere interdum etiam *ἔρ' ῥ' (τε)* cum indicativo futuri (cf. I, 103, 1 et I, 113, 3) aut participium aoristi sequi, quod vim suam retinet, ita ut scriptor significare velit foedus tum demum valere coepisse, postquam condicionibus, quae in hac structura participio exprimuntur, esset satis factum (cf. I, 101, 3, I, 108, 4, I, 115, 1, I, 117, 3)<sup>1)</sup>.

Sequuntur verba dicendi putandique, quibus Madvigius, Cobetus, Schneiderus, Stahlius aliquis praesentis vel aoristi infinitivum simplicem, ubi de re futura dicitur, adiungi vetant, sed eorum corrigendi nimiam audaciam iam supra satis refellisse mihi videor. Alii vero docti viri, qui scriptorem consulto modo hanc modo illam dicendi rationem esse amplexum eamque ob rem librorum optimorum lectiones servandas ac defendendas esse consentiunt, rem ipsam exponentes inter se discrepant ac dissentient. Herbstii<sup>2)</sup> quidem explicationem, quam ad Cobetum refutandum protulit, non multum profecisse iam supra docui neque interpretes, qui ad manum mihi fuerunt, ea diligentia qua par erat in rem inquisiverunt. Neque a me impetrare potui, ut Lobeckii<sup>3)</sup> sententiam ubivis in hac structura laudarem. Quae enim de verbis dicendi iudicat, e longinquo quae sita esse videntur, verbis putandi vero aliam vim infinitivum praesentis vel aoristi flagitantem ipse veretur subicere ideoque ad ellipsim quam dicunt configuit. Evidem facere non possum quin in hanc quoque quaestionem idem, quod supra de aliorum verborum structura dixi, statuam valere. Ubi igitur actio sola maioris momenti scriptori esse videbatur quam tempus futurum ipsum eiusque significatio integra perspicuitate omitti poterat, ibi infinitivum praesentis vel aoristi ponere non dubitabat. Utrum autem in verbo dicendi putandive ipso cogitatio futuri temporis insit necne, id e contextu verborum certo cognoscere facile est. Recenseamus igitur exempla huius generis, quae ex Thucydide concessi. Praesentis quidem infinitivum minus saepe quam aoristi sic usurpari inveni, in qua re non est cur offendamus. Huc pertinet II, 84, 2 *καὶ τὴν ἐπιχείρησαν ἐφ' ἑαυτῷ τε ἐνόμιζεν εἶναι, ὥποτε βοήθηται, τὸν νεῶν ἀμεινον πλεονεῖται, καὶ τότε καλλίστην γίγνεσθαι*, ubi Kruegerus nimis audacter κάλλιστ' ἄν suspicatur. Primo ipso adspectu non potes non concedere hic γίγνεσθαι ad tempus futurum esse referendum neque quisquam fuit qui id negaret. Qua de causa neque ἄν particula neque infinitivo futuri opus est, cuius tempore posthabito fit, ut res ipsa vel potius status rei de qua agitur maiore pondere ac vi exprimatur. Quae autem ad praesens, quod pro futuro esset, defendantum Stahlius<sup>4)</sup> disputavit, valde dubito an ad hoc aliaque eius modi exempla non pertineant. Ceterum vir doctus, cum Thucydidis dicendi usum angustioribus finibus quam ille ipse voluisse se circumscripsisse intellexerit, iniuriam, quam fecit scriptori, quantum necesse esse existimat, sarcire studet. Eadem fere quae supra interpretatio cadit in IV, 127, 1 *νομίσαντες φεύγειν τε αὐτὸν καὶ καταλαβόντες διαρθεῖ-*

1) Cf. Kruegerum ad I, 108, 4; Classenum ad I, 101, 3; Madvig, Bemerkungen über einige Punkte der gr. Wortförmungslehre p. 46 et 47.

2) Cf. I. c. p. 15—17.

3) Cf. I. c. p. 749 sqq.

4) Cf. Thucydidea p. 17 sqq.

ρειν, quo loco negligenta omnium librorum auctoritate διαφθερεῖν reponendum esse immerito censem Cobetus et Stahlius. Nam participium καταλαβόντες ut supra τότε appositum satis declarat, ad quod tempus διαφθείρειν spectet, ita ut hac structura actionem (i. e. internacionem exercitus), quae longum temporis spatium desiderat, non solum a barbaris cogitatam, sed iam decretam scriptor significare velit. Maiores autem difficultatem praebet III, 52, 2 προσπέμπει δὲ αὐτοῖς κίρυκα λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἐκόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ δικασταῖς ἔσεινος χρήσασθαι, τοὺς τε ἀδίκους πολάζειν (ubi Kruegerus suspicatur πολάζειν, quod Classenus et Stahlius receperunt, quamquam in illa scriptura omnes libri mirum in modum consentiunt), παρὰ δίκην δὲ οὐδένα, quem locum alias interpres aliter accipi vult; sed eo omnes videntur a vera ratione aberasse, quod ad infinitivum πολάζειν idem subiectum atque supra ad verbum προσπέμπει subaudiendum esse eos praeteriti. Quae subiecti mutatio ne tibi scrupulum iniciat, in medium profero I, 26, 5 προεῖπον Ἐπιδαιμονίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τὸν ξένοντας ἀπαθεῖς ἀπέιναι, εἰ δὲ μή, ὡς πολεμίους χορηγεσθαι. Praesens autem, quod supra legitur, exhibet supplicium de singulis sumendum; nam quod in ea re temporis ipsius ratio non habetur, minus mirum nobis videbitur, si consideraverimus post χορηγεσθαι infinitivum apodosim τοῦτο ποιεῖν, quam scriptori ante oculos versatam facile credibile est, supplendam esse, ut haec sit sententia loci: *si vellent oppidum Lacedaemoniis ultro dedere eorumque iudicio se permittere, id facerent, et ipsum (tum) sontes puniturum i. e. effecturum esse ut suntes soli punirentur.* Atque etiam IV, 27, 2 πάντων δὲ ἐφοβοῦντο μάλιστα τὸν Λακεδαιμονίον, ὅτι ἔχοντάς τι ισχυρὸν αὐτοὺς ἐνόμιζον οὐκέτι σφίσιν ἐπικρηνεύεσθαι praeiens vix dubitationem habere elucet ex iis, quae Classenus in altera editione libri quarti ad hunc locum adnotavit, qui et ab omnibus interpretibus adhuc male intellectus est et criticorum sagacitatem fugit. Similiter comparatus est h. l. VII, 56, 2 νομίζοντες . . . εἰ δύναντο κρατῆσαι Ἀθηναίον τε καὶ τῶν ξυμμάχων καὶ κατὸ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καλὸν σφίσιν ἐξ τὸν Ἑλληνας, τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι τοὺς τε γὰρ ἄλλους Ἑλληνας τοὺς μὲν (ār addidit Herwerdeno auctore Stahlius) ἐλενθεροῦνται, τοὺς δὲ φόρον ἀποκένεσθαι (futuri formam idem vir ut unam veram reponi vult, sed tamen in editione sua scripturam vulgatam servavit). Evidem eo magis hic omne remedium supervacaneum puto, quod tempus, in quod actiones illorum praesentium incident, iam satis in enuntiato praegresso καλὸν . . . φανεῖσθαι significatur, cuius sententia ea quae sequuntur continet. Quod vero Kruegerus ad praesentia excusanda protulit, ex iis quae modo dixi ab hoc loco abhorrire facile intellegitur. Eiusdem generis est VIII, 27, 3 ἔφη . . . . . αἴσχους ξυμβήσεσθαι ἢν ησσηθῶσι· καὶ τὴν πόλιν οὐ μόνον τῷ αἰσχρῷ, ἀλλὰ καὶ (καὶ Dobreeo suadente eadem de causa, qua ego lectionem traditam tolero, Classenus scribendum putat) τῷ μεγίστῳ κυνόνῳ περιπίπτειν. Ac ne δοκεῖν quidem illam constructionem repudiatur, quae nescio an in eo posita sit, quod illud verbum interdum quandam habet similitudinem cum locutione εἰσός. Quod cognoscere licet ex III, 95, 1 Φωκέας, οἱ προθύμως ἐδόζοντες κατὰ τὴν Ἀθηναίον δεῖ ποτε φίλιαν (nonnulli hic ἄν recidisse opinantur) ξυντραπεῖσεν (unus liber aoristum dat, Reiskius et Stahlius ξυντραπεῖσεν malunt).

Sed dubito in hunc numerum referre sex locos, qui a plerisque interpretibus perpetram intellecti si recte explicantur nihil habent offensionis, cum etiam in recta oratione praesens postulent. Velut I, 82, 4 μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν γῆν αὐτῶν ἢ δυηρον ἔχειν, quamvis Classenus aliqua veritatis specie, cum Attica illo tempore a Lacedaemoniis nondum occupata fuerit, ἔχειν ad futurum tempus pertinere velit, tamen non possum cum Stahlio non consentire, qui praesens suo loco esse positum docet, cum etiam tum illis

terra Atheniensium, cuius devstandae potestatem haberent, pro pignore fuerit ad flectendos eorum animos. Qua de causa illud enuntiatum in oratione recta sic exprimendum fuit: οὐ γὰρ ἄλλο τι τὴν γῆν αὐτὸν ἡ ὕπηρον ἔχετε. Ac multo minus de futuro tempore cogitari debet I, 93, 3 νομίζων (sc. Θεμιστοκλῆς) . . . αὐτοὺς ναυτικὸς γεγενημένους μέγα προφέρειν ἐξ τὸ κτήσασθαι δύναμιν. Nam praeter haec quae sequuntur verba: τῆς γὰρ θαλάσσης πρώτος ἐπόλυμησεν εἰπεῖν ὡς ἀρχετέα ἐστί, quae declarant Athenienses illo tempore, quo Piraeum muniverunt, rei navalis operam iam dedisse, rerum historia tradit iam ante pugnam Salaminiam eos multum mari valuisse. Itaque praesenti optimo iure posito locus Kruegero auctore Germanice sic reddendus est: *in der Meinung, dass sie selbst dadurch, dass sie ein Seevolk geworden, in Beziehung auf Erwerbung von Macht grossen Vorzug hätten.* Nec multum differt I, 127, 1 νομίζοντες ἐπειδότος αὐτοῦ ἥπον (hic nonnulli ἀν re parum perspecta inserunt) σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ τῶν Αθηναίων<sup>1)</sup>. Cum Lacedaemonios cum Atheniensibus tum agere iam coepisse e contextu verborum appareat, praesens προχωρεῖν eandem hic excusationem habet atque II, 8, 4 indicativus eiusdem temporis: προειπόντων ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν, ubi de re futuro tempore perficienda praesens usurpatur, quod Lacedaemonii tum bellum ad Graeciam principatu Atheniensium liberandam parare iam cooperant. Ceterum hic locus idcirco insignis est, quod omnem correctionem respuere videtur, neque omnium criticorum quisquam, quantum ego scio, illud praesens in suspicionem vocavit. Neque id fieri debet III, 92, 4 καὶ ἡμα τοῦ πρός Αθηναίων πολέμου ταλαὶς αὐτοῖς ἐδόξει ἡ πόλις καθίστασθαι. Male hic Herwerdenus ἀν post ταλαὶς adiecit et Stahlius καθίστασθαι ad tempus futurum rettulit; nam cum iam supra (ἐπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Αταρεδαμόνιον Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχίνῃ ἀπονομάν καθίσταντο ἀπὸ τοισθε γνώμης) de colonia condenda dixerit scriptor, hoc loco de colonia iam condita cogitare potuit. Sequitur IV, 86, 4 οὐδὲ ἀσφαλῆ (quam scripturam fide complurium librorum commendatam alteri ἀσφαρῆ, vix quae tolerabilis sit, praefero; Bauerus emendavit ἀν σαφῆ) τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν, εἰ τὸ πάτριον πατεῖς τὸ πλέον τοῖς ὀλίγοις ἡ τὸ ἔλασσον τοῖς πᾶσι δονιώσαμι; quem locum, si in orationem rectam convertas, sic reddendum esse sententia docet: τὴν ἐλευθερίαν ἐπιφέρω, εἰ . . . δονιώσαμι. Qua de causa nescio an et infinitivum praesentis et optativum aptissime verterit Classenus: *und ich meine nicht (bilde mir nicht ein) . . . zu bringen, wenn ich . . . übergeben wollte.* Nec dubitari potest, quin VII, 8, 1 νομίζω ἐν δεινοῖς τε εἶναι καί, εἰ μὴ ὡς τάχιστα ἡ σφᾶς μεταπέμψουσαν ἡ ἄλλους μὴ δίλγοντος ἀποτελοῦσιν, οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν ii, qui et post οὐδεμίαν particulam ἀν adscribendam et infinitivum εἶναι pro futuro esse putant, scriptoris cogitationem non adsecuti sint. Illa enim dicendi ratione Thucydides nihil aliud videtur voluisse nisi ut verba οὐδεμία ἐστὶ σωτηρία Niam fortissime dixisse putemus. Cf. Classenum ad h. 1.

Sed haec extra causam dicta sunt. Restat ut eos locos adferam, quibus eodem iure quo supra praesens aoristi infinitivus de re futura post verba dicendi putandique adhibetur. Sunt autem hi: II, 3, 3 κατενόησαν οὐ πολλοὺς τοὺς Θηβαίους ὄντας καὶ ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι ἥρδιος προσῆσαι; quem locum si vertis: *sie glaubten sie durch einen Angriff leicht zu überwältigen*, nonne sentis hic temporis significationem neglegere licuisse scriptori? III, 46, 2 ἐκείνως δὲ τίτανος οἵτινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἡ νῦν παραστενάσσασθαι, πολιορκία τε παρατενέσθαι ἐξ τούσχατον, ubi etiam Classenus ante ἄμεινον particulam ἀν, praesertim

1) Cf. Herbst, Ueber ἀν beim Fut. im Thuk. p. 17 sq.

cum infinitivus futuri sequatur, non antecedat, a librariis omissam esse supicatur, id quod facile fieri potuisse equidem non diffiteor, sed mirum videtur, quod omnes ad unum codices eandem scripturam praebent; alii aoristum in futuri formam mutari volunt. Sed mihi ille locus non solum ob consensum librorum, sed etiam ob sententiam intactus relinqui videtur debere. Nam illud παρασκευάσθαι ita dictum esse credo, ut non certum quoddam spatium futuri temporis amplectatur et scriptor meram actionem exprimere maluerit, cum hoc παρατείνεσθαι eius temporis sit, quod illam alteram rem consequitur. IV, 36, 1 εἰ δέ βούλονται ἐντῷ δῶνται τῶν τοξοτῶν μέρος τι καὶ τῶν ψιλῶν περιένται κατὰ νότον αὐτοῖς . . . . δοκεῖ βιάσασθαι τὴν ἔφοδον (cf. Classenum ad h. l.). V, 1 ὡς ἀνελόντες τὰς θήρας τῶν τεθνεώτων ὁρθῶς ἐνόμισαν ποιῆσαι. Cf. Classeni praefat. secundae editionis librorum I et II p. 9 sq. V, 22, 1 οἱ δέ . . . οὐκ ἔφασαν δέξασθαι, ἢ μή τινας δικαιοτέρας τούτων ποιῶνται, ubi nihil obstat quin οὐ φάνται eandem vim habere putas quam Latinum verbum recusandi, post quod ipsa suapte natura ad tempus futurum spectans non notio-nem huius, sed actionem per se ipsam exprimi constat. V, 36, 1 οὕτω γὰρ ἥκιστα ἀναγνα-σθῆναι Βοιωτοὺς ἐς τὰς Ἀττικὰς σπονδὰς ἐσελθεῖν· ἐλέσθαι γὰρ Λασεδαιμονίους . . . Λογείους σφίσι φίλους καὶ ξυμμάχους γενέσθαι, e quibus infinitivis, qui a verbo putandi mente sub-audiendo pendent, Poppe, Elsmleyus, Classenus, Kruegerus nulla ratione adlata alteri ἀναγνασθῆναι adiungunt alteri ἐλέσθαι cogitando suppleri iubent ἢ particulam. Sed quam-vis etiam hic ut alibi facilis sit suspicio librarios ante ἀναγνασθῆναι voculam ἢ neglexisse, tamen non video cur remedium adhibeamus. VI, 24, 1 ὁ μὲν Νικίας τοσαῦτα εἶπε, νομίζον τὸν Ἀθηναίους τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων ἡ ἀποτέλεσμαν ἦ, εἰ ἀναγνάζοτο στρατείεσθαι, μάλιστα οὕτως ἀσφαλῶς ἐπιλεῦσαι, ubi ἢ inserere ne Popponem quidem, cui illa futuri et aoristi coniunctio durior esse videretur, dubitasse dicit Madvigius<sup>1)</sup>, sed ille ipse et alibi<sup>2)</sup> hoc exemplum certissimis locis adiunxit et eius modi variationem valde usitatam esse semel et saepius monuit. VIII, 5, 5 ἐνόμιζε . . . . Αμύργην . . . . ἡ ζῶντα ἄξειν ἡ ἀποτεῖναι. Hanc enim unius atque eius praestantissimi libri lectionem omnes fere editores in textum receperunt pro reliquorum codicum scriptura ἀποτείνειν, quam non ferendam esse facile patet. Stahlius vero ἀποτείνειν correxit nisus in IV, 28, 4 ἔφη . . . . ἡ ἄξειν Λασεδαιμονίους ζῶντας ἡ αὐτοῦ ἀποτείνειν. Cui adversatur Classenus, cum recte dicit contextum verborum docere illum locum aliter esse comparatum.

At plane discrepat ab iis quae modo commemoravi exemplis III, 24, 1 νομίζοντες ἥκιστα σφᾶς ταύτην (sc. τὴν ὁδόν) αὐτοὺς ἐποτοπῆσαι τραπέσθαι. Immerito enim ὑποτοπῆσαι ad futurum tempus interprétes, quos cognoverim, referre solent aut ἥκιστ' ἢ mutaverunt, cum hic locus facillimam habeat explicationem, dummodo recte interpreteris aoristum. Nam cum in quibusdam verbis, quae animi statum vel motum indicant, nos permansionem et perseverantiam, Graeci saepius initium actionis respiciant, equidem persuasum habeo aoristum ὑποτοπῆσαι hic vi praeteriti esse instructum, ut Germanice sic vertendum sit: sie wären auf die Vermutung gekommen. Addo alterum locum, quem aliis alter est interpretatus: VIII, 66, 5 ἐνῆσαν γὰρ καὶ οὖς οὐκ ἀπέ τις φέτο ἐς ὀλυμπίαν τραπέσθαι. Kruegerus enim huic aoristi infinitivo ut in aliis eius modi exemplis futuri vim tribuit, Classenus, Boehmius, Stahlius aliquie ἢ ποτε ad τραπέσθαι referri volunt, Dobreeo denique ἢ ante τραπέσθαι iterandum videtur: non recte, nam cum ἢ, quod pertinet ad

1) Cf. Bemerkungen etc. p. 40 adn. 30.

2) Cf. Prolegg. p. 274 infra et p. 275.

imperfectum *ψέτο*, iam praegrediatur, facile credibile est scriptorem illam voculam inhaerentem adhuc legentium animis infinitivo *τραπέσθαι* addere dubitasse et cogitando intellegi maluisse.

Haec igitur exempla, in quibus nudus infinitivus aoristi verbis dicendi putandive appositus, sive futuri vice fungi sive videtur legitimus esse, optime defendi potest, quidquid remedii adhibuerunt, emendatione non egere te mihi concessurum esse spero.

Quamquam ne tales quidem deesse locos ingenue fateor, ubi singulis libris, quibus fidem habere consueverimus, destituamur. Huc refer I, 26, 5 προεπινον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τὸν ξένους ἀπαθεῖς ἀπένται, εἰ δὲ μή, ὡς πολεμίους χρήσεσθαι, quod futurum satis munitum est auctoritate antiquissimi codicis Laurentiani, neve minus I, 72, 1 νομίζοντες μᾶλλον ἀν (quam conjecturam Stephanus antiqui libri fide confirmatam commendat) αὐτοὺς ἐν τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν, deinde IV, 21, 1 νομίζοντες τὸν Ἀθηναίον . . . διδουμένης δὲ εἰσήνης δουμένους δέξεσθαι τε (in qua scriptura omnes consentiunt praeter duos optimos libros, qui praesens exhibent), tum IV, 120, 2 ἀντιπάλον δὲ ἄλλης τραπέσθαις ἐπιτενούμενης οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψεσθαι, quam futuri formam alteri lectioνi τρέψασθαι praeferre nos sententia cogi Madvigius suo iure ille quidem monet, sed minime hoc uno loco, praesertim cum lectio non sit constans, evincitur ceteris etiam eius modi locis aoristi infinitivos esse vitiosos; denique VIII, 76, 4 τὸν τε πολεμίους ἐν τῷ αὐτῷ χωρίον ἀμυνεῖσθαι (sic enim cum Vaticano, qui in libris duobus postremis a criticis merito maximi fit, legendum videtur pro vulgari ἀμύνεσθαι scriptura) οὐπερ καὶ πρότερον.

Reliquum est ut disseram de usu verborum vaticinandi, quorum vis ac notio ad rem futuram fere spectat, nihilo minus autem praesentis vel aoristi infinitivum sequi patitur. Particulam ἀν vero adiungi non posse facile intelleges, si ea memineris, quae supra de eius vi atque usu exposui. Nunc igitur videamus, qua ratione ductus scriptor illam quae videtur permutationem temporum admiserit vel potius adhibuerit. Atque hac in re longe aliam atque antea viam inire et ratione et usu cogor, ut structuram de qua agitur ad indicativam orationem revocem. Quod quem ad modum fiat ut perspiciamus, ordiamur a praesentis tempore, quod etiam in recta oratione is qui auguratur de re futura usurpat: qua re significare vult sibi signa, ex quibus veteres quae eventura essent providere consuevisse constat, simulque rem futuram ipsam ante oculos versari. Quo fit ut sententia summa fiducia exprimatur. Ad fidem huic rei adferendam nonnulla ex aliis scriptoribus exempla hic commemorare non inutile videtur. Ex hoc genere sunt: Herod. VII, 140 sqq.

οὔτε γάρ η ζεφαὴ μένει ἔπιτεδον οὔτε τὸ σῶμα  
οὔτε πόδες νέατοι οὔτ' ἀν χέρες, οὔτε τι μέσσης  
λείπεται, ἀλλ' ἀδηλα πέλει. κατὰ γάρ μν ἐρείπει  
πῦρ τε καὶ ὁξὺς Ἄρης, Άστρις ἄρμα διώκων

et Pind. Ol. VIII, 54 sq.

ἔπειτε δ' ἀντιορ δρακόντων τέρας ενθής Ἀπόλλων.  
Πέργαμος ἀμφὶ τεσίς, ἥρως, χερὸς ἐργασίας ἀλίσκεται.

Quod autem in oratione recta locum habet, idem ab oratione obliqua non alienum esse docet hic locus Sophocleus Trach. 170 sq.

τοιαῦτ' ἔφραξε πρὸς θεῶν εἰμαρμένα  
τῶν Ἡρακλείων ἐπελεντᾶσθαι πόνων.

Nec minus vero aoristi tempus usurpare licuit. Augures enim vel vates, quoniam e quibus-

dam signis deorum voluntatem colligebant, ea quae eventura erant iam antea viderant eamque ob causam narrantes aoristo optimo iure uti poterant. Velut Agamemno II. IV, 160 sqq. quasi augurans haec praedicit:

εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ολύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,  
ἔν τε καὶ δψὲ τελεῖ, σὺν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν,  
σὺν σφῆσιν περιβάλλονται γυναιξὶ τε καὶ τεκέσσοιν.

Accedit II. IX, 412 sqq., ubi Achilles de duplici fato, quod ipsi obventurum esse Thetis mater praenuntiaverit, loquitur:

εἰ μέν κ' αὐτὶ μένον Τούσον πόλιν ἀμφιμάχομα,  
ώλετο μέν μοι νόστος, ἀτὰρ πλέος ἄρθιτον ἔσται·  
εἰ δέ κεν οὔκαστ' θυμῷ φίλην ἐς πατρίδα γεῖσαν,  
ώλετο μοι πλέος ἐσθλὸν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αὖτιν  
ἔσσεται, οὐδέ κέ μ' ὥκα τέλος θανάτουοι πιχεῖται.

Ex iis autem, quae adhuc de illa dicendi ratione disputavi, efficitur eandem legem etiam in oratione obliqua observari: id quod ut perspicuum sit, commemoro hunc Thucydideum locum III, 96, 1 χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν. Madvigii<sup>1)</sup> vero sententiam, qui Stahlio adsentiente huius structurae causam in eo positam esse opinatur, quod χρῆν verbum praecipiendi notionem, a qua sit profectum, retineat, ut in hac re probarem a me impetrare non potui. Nam parum liquet, quo modo eo de quo queritur loco de pracepto oraculi, quod illam sortem ediderat, cogitari possit, nendum illa vis, quam Madvigiis in verbo χρῆν inesse vult, sit maioris momenti: id quod unum fere ad structuram valere sescantis locis comprobatur.

1) Cf. Bemerkungen etc. p. 44 et Adversaria critica p. 176 sq.